Entstehungsort unbestimmt, 2. Hälfte 15. Jh. 

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

et euellet israel de terra bona
hac quam dedit patribus eorum
et ventilabit eos transflumen
quia fecerunt sibi lucos vt re
tribuerent dominum. Et tradet dominus
israel propter peccata iheroboam qui
peccauit et fecit peccare israel.
Surrexit itaque uxor iheroboam
et abiit et venit in thersa.
Cumque illa introiret limen
domus puer mortuus est et
sepelierunt eum. Et planxit
illum omnis israel iuxta sermonem
domini quem locutus in manu serui
sui ahia propheta. Reliqua autem
verborum iheroboam quomodo rex
pugnauit et quomodo pugnauerit
ecce scripta sunt in libro dierum
regum israel. Dies autem quibus
regnauit iheroboam. xxii annis
fuit. Et dormiuit cum patribus
suis. Regnauit nabal filius
eius pro eo. Porro roboam
filius salomonis regnauit
in iuda. Quadragintia et unus
annis erat roboam cum regnare
cepisset. et xvii annis regna
uit in hierusalem ciuitate quam elegit
dominus vt ponat nomen suum ibi
ex omnibus tribubus israel. No
men autem matris eius naama
ammanites. Et fecit iudas
malum coram domino et irritauerunt
eum super omnibus quae fece
rant patres eorum in peccatis suis
quae peccauerunt. Edificauerunt
enim et ipsi sibi aras et statuas
et lucos super omnem collem ex
celsum et subter omnem arbo
rem frondosam sed effemina
ti fuerunt in terra. Fecerunt
omnes abominationes gentium
quas attriuit dominus coram filiis
israel. In quinto autem anno
regis roboam ascendit se
sach rex egipti in hierusalem et
tulit thesauros domus domini
et thesauros regios et uni
uersa diripuit scuta auri
quae fecerat salomon
pro quibus fecit rex roboam scuta
aerea et tradidit ea in manu
scutariorum et eorum qui custodiebant
ante ostium domus regis.
Cumque introiret rex in domum
domini portabant ea qui pertrahebant
et postea re
ferebant ad armamentarium scu
tariorum. Reliqua autem sermonum
roboam et omnia quae fecit ecce
scripta sunt in libro verborum
dierum regum iuda. Fuitque bel
lum inter roboam et iheroboam
cunctis diebus. Dormiuitque
roboam cum patribus suis et se
pultus est cum eis in ciuitate
dauid. Nomen autem matris eius
naama ammanites. Et reg
nauit abia filius eius pro eo.

Anno xviii

Igitur in octauo decimo anno
regis iheroboam. Siquidem nabath
regnauit abia super iudam
duobus annis regnauit in
hierusalem. Nomen matris eius ma
acha filia abisalom. Ambula
uitque in omnibus peccatis patris sui
quae fecerat ante eum nec e
rat cius cor perfectum cum domino
deo suo sicut cor dauid pater
eius. Sed propter dauid dedit
ei dominus deus suus lucernam
in hierusalem vt suscitaret filium eius
post eum et stare faciens hierusalem eo
quod fecisset dauid iustum in
oculis domini et non declinasset
ab omnibus quae praecepit ei
cunctis diebus vitae suae excepto